

Tapajós repertum benevolentissime exhibuit. Quum eum certiorem facerem, ipsam nondum classificatam esse, inter nos conventum est, ut hoc nomine afficeretur. Neque flores, neque fructus vidi

(Barb. Rod. hb. Palm. 327).

7. B. umbrosa. — Stipite mediocri, altitudine 1^m,5-2 diametro 0^m,015, aculeato, solitario (raro 2-3,) frondibus interrupte-pinnatis ; petiolo aculeato (aculeis compres- sis, ad extremam partem ferme nigris), invaginante, (parte invaginante aculeis parvis, aculeorum petioli similibus) ; foliolis 2-4-gregatis, quorum 4-5 fasces utrinque, apicalibus minoribus 6-7-aggregatis utrinque.

Hab. *in edidis silvis ad fluvium Trombetas. Neque flores neque fructus vidi.*

(Barb. Rod. hb. Palm. 331)

8. B. arenaria. — Stipite humili, inermi, vestito vaginis persistentibus frondium quæ sunt suberectæ, indivisæ aut interrupte-pinnatae ab uno latere, bifidæ, cuneatæ ; petiolo invaginante (vagina aculeata); spadice sub-erecto, indiviso ; spatha inermi. -

Hab. *in tractibus sabulosis ad origines fluvii Hauin-chá, qui influit in flumen Jamundá. Flores et fructus virescunt octobri. Crescit simul cum Attalea agresti.*

(Barb. Rod. hb. Palm. 363)

9. B. marajá-y. — Stipite humili, inermi; tomento lanato-tabacino conctecto; frondibus interrupte-pinnatis, vagina aculeata ; foliolis 2-3-jugis, oblongo-lanceolatis, acuminatis ; spadice 5-partito ; drupa coccinea, inermi, diametro 0^m,007.